



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimæ Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XXVIII. Thronus: ubi fit sermo de suprema potestate, quam sanctissima Virgo habet in cœlo, & quantum potentia ipsius, extendat se per universum orbem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO XXVIII.

*Thronus, ubi fit sermo de suprema Potestate,
quam Sanctissima Virgo habet in Cælo, & quantum Potentia
ipsius extendat se per universum hunc orbem.*



Non datur quietis, quamdiu circumfert quis ardens quoddam desiderium in corde suo; est enim id velut importunus quidem Creditor, qui absque intermissione monet & sollicitat, ut ipsi satisfiat. Circumferebam ego illud, iteratò conveniendi Thrasilum, quo urgebar vehementissimè ad ipsam inquirendum; & ipse ex parte suâ, sua memor promissionis, me inquirebat, ut sua satisfaceret obligationi. Maximo afficiebamur gaudio, dum auspiciato eventu, mutuo fruebamur occurso; nescio, quâ ex parte id fuerit majus; an in ipso, qui refertum habebat animum pulcherrimis cognitionibus, quas contulerat illi Deus circa magnificentias Sanctissimæ Virginis, potissimum circa Triumphum Assumptionis ipsius, quasque summè desiderabat mihi communicare: an in me, qui æstuabam in corde meo ariditate maximâ illas percipiendi; Quis ex nobis gaudebat magis? Nescio hoc; scio tamen, quod scriptum sit: *Beatus est magis dare, quam accipere.*

Act. 20. v.
35.

Videbam tamen, majorem meam fuisse sollicitudinem; præveniebam enim ipsum, & citra quod tantum mihi darem otij, ut salutare eam, aliâ quâdam ratione, mox capite meum ipsi declarare desiderium. Eheu! mi Domine, quàm miserabili tenemur conditione! quàm molesta est, quàmque infelix, dum reptamus hic in terris; nihil enim nobis constat de rebus cæli; credimus illas, eòquod revelentur nobis à fide, certique sumus, ipsam nobis dicere veritatem: Verùm non est hæc scientia quædam clara & evidens, quæ intellectui faciat satis; est potius quædam caligo, quæ ipsum obæret, & tenet captivum; & quando admittis volet, ut illas capiat, sese confundit, seque falsis replet imaginationibus, eòquod concipere illas non possit nisi juxta nostrum intelligendi modum, rudem semper & abjectum, qui judicare nos facit de rebus cæli, sicut judicamus de ijs, quas intuemur in terris, quæ tamen se ita non habent. Exempli gratiâ.

Quando dicitur, quod Sanctissima Virgo elevata sit supra Thronum

Sumus infelices, quod concipere non possim; res cæli, sicuti sunt.

Pal. 44.

Quando concipimus res spirituales modo Corporali, à veritate.

num sublimem in gloria, imaginamur nobis locum quendam altissimum, & Thronum aliquem materialem summè pretiosum atque magnificum. Ctedimus, nos bene dicere, dum modulamur cum Ecclesia: *Exaltata est Sancta Dei Genitrix super Choros Angelorum ad caelestia regna*; vel quando pronuntiamus de ipsâ illa vatis Regij verba, quæ Psalmo quadragesimo quarto exarata reliquit: *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato*. Et profectò bene dicimus; melius enim facere non possumus, quàm si loquamur idiomate Ecclesie & scripturæ Sanctæ. sed ita loquendo concipimus omnia modo quodam Corporali: Exempli gratia: Imaginamur nobis novem Choros Angelorum, juxta quod pictores nobis illos representant, velut formosos, indutos alis humeros, in novenas divisos phalanges pulchròque collocatos ordine, velut supra gradus alicujus Amphitheatri, & quorum unus sublimior est altero; quòdque supra hos omnes sit Thronus Sanctissimæ Virginis in loco admodum sublimi; ubi formamus nobis certam quandam idæam & picturam in imaginatione; verùm id verum non est; siquidem Angeli carent corporibus, nec ipsorum confessus Corporalis est, nec magis ille Sanctissimæ Virginis; non reperire est Thronos materiales in Paradiso; ejusmodi sup-

pellex nimis tenuis est in palatio gloriæ: quamdiu concipimus hæc magnificè nostrò concipiendi modo, ibi non sumus: Et hoc est, quod nostrum confundit animum, ipsique movet fastidium, dum considerat, quod, licet cogitet de rebus cæli, semper tamen nonnisi falsis imaginationibus replentur, siquidem ex omnibus, quæ cogitat, nihil ita se habet: Nõnne asperas, id nos meritò affligere, & mortalem conditionem, quæ hæc nos spe defixos tenet, esse miserabilem.

Fateor, confessus est mihi: sed quid ambis? oportet vivere, & ex hoc contentum esse, quamdiu placuerit Deo nos hi relinquere; non desiderandum est id, quod possidere est impossibile: an affligeris ex eo, quòd manibus contingere non possis cælum; vel quòd volare, aut è vicino aspice: te non valeas solem, velut aquila? tu toleras hæc impotentias, & ejusmodi alas absque molestiâ, eòquòd necessario conjunctæ sint cum conditione tuâ humanâ: ita patienter tolerandum est, quòd elatè non videas quid agitur in cælo, dum commoraris in terrâ, quòdque nonnisi tenuissimè ipsius comprehendas magnalia, juxta capacitatem tuam plurimum limitatam.

Verùm an non alius quidam sensus interrogavi ipsum, absconditus est sub Verborum nostrorum

Est sensus spiritualis absconditus sub ver-

Xxxxx ;

tu-

Pal. 44.

Quando concipimus res spirituales modo Corporali, à veritate,

dis corpo-
ralibus &
hic sensus
est veritas,
quam com-
cipere o-
portet.

ruditate, qui magis in sublime at-
tollat animos nostros, ipsisque
majus conferat lumen, ad appro-
pinquandum magis cognitioni ve-
ritatis? an invenire illum possu-
mus? exempli gratia; quando fit
sermo de exaltatione ipsius supra
Angelos, de Throno sublimi, vestitu
deaurato, & alijs ejusmodi præ-
rogativis, earumque declarationi-
bus, bene comprehendendo, signifi-
cate hæc verba aliquid sublime,
quod comprehendere non possum:
Si enim sumantur penes literam,
nilil ex omnibus, quæ significant,
est verum; oportet ergo signifi-
cari illis quidquam aliud, quod
verum est.

Annui mihi, & confessus est,
quod, cum non minus semper,
quam ego, id credidisset, plurimum
laboraverit, ad inquirendum ve-
rum hunc sensum, qui intelligen-
dus est sub verbis, quæ Ecclesia
desumpit modò è Canticis, modò
ex Ecclesiastico, & modò aliunde,
quæque accomodat Sanctissima
Virgini, ut ipsius declaret excellen-
tias. Nescio, inquiebat mihi, an
multum in hoc profecerim; scio
tamen, contulisse mihi Deum hæc
super re aliquas illustrationes, quas
intellectus meus non formavit ex
seipso, quæque magno mihi fuere-

solatio; communicabo tibi aliquid
illarum, & spero te, simpliciter
facturum, siquidem ostendent tibi
stupendas magnificencias Sanctissi-
mæ Virginis, in gloriosâ ipsius As-
sumptione: Instituiamus igitur de
ijs argumentum Consultationis nos-
træ: Non videbam adhuc, quo
hæc nos deduceret; sed quampris-
mùm id observavi.

Quando dicimus cum Ecclesiâ,
ipsam exaltatam esse in sublimissi-
mum Thronum gloriæ, exaltatio
hæc non respicit locum, sed po-
tentiam & potestatem supremam,
quam contulit illi Deus, ut ubivis
dominetur. Ipsamet declarat nobis
potestatem suam in hoc textu
Ecclesiastici, quem Sanctus Bernar-
dinus Senensis, maximus ipsius Pa-
negyrista, & verus affectuum ac
desideriorum ipsius Interpres illi
attribuit, ipsamque loquentem in-
troducit: *Gyrum cæli circumivi so-*
la, & profundum abyssi penetravi;
in fluctibus maris ambulavi, & in
omni gente primatum tenui. Ecce,
quousque suprema ipsius potestas
se extendat. I. In cælum, *gyrum*
cæli. II. In infernum, *profundum*
abyssi. III. In purgatorium, *in fluctibus*
maris. IV. Super om-
nem terram; *In omni*
gente.

Ecclesi.



ARGU.

ARGUMENTUM.

De potestate, quam Sanctissima Virgo habet
in cælis.

ARTICULUS I.

Admiranda
est magni-
tudo Dei,
et comparata
magnitudi-
ni mundi.

Admiramur, quando Astro-
logi ostendunt nobis mani-
festâ demonstratione, quòd
minima stella, quæ apparet nobis
in cælo velut parvum punctum
luminis, magnitudine excedat to-
rum orbem terrarum. Magis ad-
mirandum adhuc est, quòd locus,
quem punctum hoc luminis in cæ-
lo occupat, sit ferè nihil respectu
vastissimæ amplitudinis, totius hu-
jus ingentis globi, qui circumcin-
git terrarum orbem. Sed quòd om-
nem transcendit admirationem est,
quòd tota & integra hujus universi
machina, quam mundum magnum
appellamus, quique reipsâ tam
magnus nobis apparet, minor sit
respectu magnitudinis Dei, quam
minimus terræ pulvisculus respectu
magnitudinis mundi.

Probatio stupendæ hujus verita-
tis haudquaquam est difficilis; cer-
tum est enim accumulari & coacer-
vati posse tot terræ pulvisculos, ut
tandem integra eorum massa adæ-
quet vel etiam superet magnitudi-
nem mundi, eò quòd ipsa infinita
non sit: sed quando coacervâsses
tot mundos æqualis cum præsentis
hoc nostro magnitudinis, quot es-
sent pulvisculi terræ in massa, quæ

adæquaret magnitudinem hujus
mundi, adæquare nunquam pos-
set magnitudinem Dei, eò quòd
hæc careat fine, & omnino sit in-
finita; Demonstrativum hoc est;
quantum spectat ad magnitudinem
DEI.

Discurrere modò eadem ratione
circa potentiam & potestatem; illa
tota, quæ est in terris, quæque
tam magna videtur nobis in ijs, qui-
bus dominium est in cæteros ho-
mines, ferè nihil est respectu po-
tentia & potestatis, quâ pollet
quivis Sanctorum, qui sunt in cæ-
lis, eò quòd intraverint ipsi in po-
tentias Domini, & quidem supremi
Domini omnium creaturarum, &
minima potentia, quam in hæc
obtinere, offuscet omnes illas in-
ferioris hujus mundi; sicut mini-
mus radius solis in caliginem addu-
cit omnes faculas, quas ascendere
possamus in terris. Omnia pro-
fectò cedunt potentia alicujus San-
cti, & tota natura sese substernit,
ut præset ipsi homagium.

Verum si compares magnam
hanc potentiam unius duntaxat
Sanctorum, cum illâ totius illo-
rum multitudinis, quæ est innume-
ra, videbis id plus non esse, quam
¶

si comparatiffes unicam stellam cum toto cœlo. Infitue modò universalem recollectionem omnium harum stupendarum mirabiliumque potentiarum ac potestatum, quibus omnes excellunt & excelluerunt Sancti, & confice ex ijs non nisi unicam solam; procul dubio hæc tibi videbitur immensa: verum an adæquabit illam Dei? Non, eò quòd potentia Dei sit absolutè infinita, & nihil infinitum adæquari possit. An adæquabit saltem illam solius Matris Dei? Non, eò quòd tota potentia subditorum alicujus regni nunquam adæquaturæ sit illam supremæ ipsorum Dominæ, Principis, Reginae. Jam Sanctissima Virgo agnoscitur in cœlo velut Regina Sanctorum omnium, omnium Angelorum, omnium Patriarcharum, omnium Prophetarum, omnium Apostolorum, omnium Martyrum, omnium Confessorum, omnium Virginum, & tandem omnium Beatorum, qui replent regnum Dei æternum; & indices Ecclesia terræ, velut fidelis quædam illius Echo, reddit ipsi hæc homagia, agnoscens & reverens in illâ hosce honoris titulos, & postquam sigillatim eos ipsi exhibuit, concludit universatiter: *Regina Sanctorum omnium, ora pro nobis.* Ubi est igitur animus, qui comprehendere præsumat, quam admiranda sit potestas supremæ hujus Dominæ, dominantis in cœlo tot tantisque regibus?

Potentia sanctissimæ Virginis, videtur admirabilis, comparata cum illâ cæterorum sanctorum.

Impetium Dei non se habet velut illud principum terræ, quibus dominari non licet in Reges, nisi fecerint ipsos sibi subditos, miseros ac infelices. Ejusmodi est summa magnificentiarum terræ exilitas, ut sufficere non possit duobus; possidere illas nullus potest, nisi ex illarum possessione deturbet omnes alios; Et ut efficiant unum solum potentem ac beatum, necessariò efficere debent plurimos impotentes ac miseros. Sed impetium Dei tam est magnificentum, ut non nisi constet ex Regibus; Non nisi ipse est omnes suos servos efficere totidem Reges ac Monarchas: *Solus Deus de servis suis decrevit facere Reges.* Et ratio est, quòd non aliundè ipse sibi adificat, vel mutuam accipiat magnificentiam suam, sed habeat illam à seipso; Et ideo, ut se vestiat, non suos exspoliat subditos, sed potius vestit ipsos ex superabundantiâ suæ gloriæ, ut gloriosos & magnos faciat illos; & magnifica hæc liberalitas ipse non immittit potentiam, sed potius eam amplificat, ac ulterius extendit.

Verum, si omnes Sancti totidem sunt Reges, qui replent Regnum Dei, non nisi solius Sanctissimæ Virginis, ipsius Matris est, regnare cum ipso & per ipsum, velut suprema Domina super omnes hosce æternitatis Reges. Sola Bethsabza fruatur prærogativâ, ut affideat in Throno, ad latus Filij sui

Reges terræ non dominantur, nisi suis subditis, Deus solus ex subditis suis Reges facit.

Mater Dei dominatur cum ipso omnibus Regibus æternitatis.

Salomonis: Et Matris Dei dignitas, quam Sanctissima Virgo portat, & portabit in æternum, jure meritissimo, ubicumque dominatus is fuerit, illuc & suum extendit imperium.

Et nonne significant id nobis, hæc ipsa per illam pronuntiata nobis verba? *Gyrum cæli circuivisis*: Et vult dicere: Circumdo vel includo ego sola totam amplitudinem cæli, quodam velut circulo. Circulus est figura coronæ; sed non nisi summorum Regum est, portate illam. Omnes Sancti, & omnes Angeli Beati sunt subditi Sanctissimæ Virginis; ipsa jus habet imperandi illis, & illi obligati sunt ad omnem exhibendam ipsi obedientiam, & cuncta præstanda homagia, quibus subditi suis obstringuntur principibus: Ipsa igitur dat illis mandata, cùmque illis disponit, prout ipsi placuerit. Hinc quando dicentem ipsam audio; *Gyrum cæli circuivisis* videre mihi videor quendam exercitum suum cum imperio præpositum, qui ubivis sua circumferat iussa, qui congreget & disponat omnes suas catervas, prout voluerit, adhibendo illas ad suorum executionem consiliorum. Sic ipsa supremæ motæ Dominæ disponit cum omnibus Sanctis, qui sunt in cælo.

Si Angelorum subsidium nobis est necessarium, hos illa nobis mittit, ut succurrant nobis in necessitatibus nostris, ipsa namque est

R. P. Isaac, Consultat. Tom. III.

Regina Angelorum; Si opus sit nobis intercessionibus Sanctorum ipsa hos obstringere potest ad orandum pro nobis; ipsa enim est Regina Sanctorum omnium; Si premimur aliqua angustia, si obtui mur aliquo periculo, si redigimur ad magnam quandam necessitatem, confugiamus ad ipsius auxilium, ipsa deputate poterit, quemcunque voluerit, ut inde nos extrahat; ipsa enim potest in cælo omnia.

Ipsa est, quæ misit Sanctum Joannem Evangelistam ad instruendum Magnum Gregorium Thaumaturgum de Myserio Trinitatis, ita refert S. Gregorius Nicænus in ejus vitâ.

Ipsa est, quæ deputavit gloriosum Martyrem, Sanctum mercurium, ut vitâ exueret Julianum Apostatam, quando is extinguere moliebatur Ecclesiam, & evertere prorsus Religionem Christianam, uti recenset S. Gregorius Nazianzenus in oratione secundâ adversus hunc Tyrannum declamatâ.

Ipsa est, quæ misit Angelos è cælo, ad liberandum Civitatem Romam ab horribili illâ pestilentia, quæ totam depopulabatur urbem, tempore Sancti Gregorii Magni Papæ; & Beati hî Spiritus post executionem mandati, sibi ab hæc Regina suâ impositi, in gratiarum actionem modulati sunt carmen hoc lætitiz, quod auditum fuit à cuncto populo in aère: *Regina*

Yyyyy

cæli

cæli letare, *Alleluja*; primo ita canente Choro; alter mox respondit illi: *Quia quem meruisti portare, Alleluja*: Et exin omnes simul concludebant: *Resurrexit, sicut dixit, Alleluja*.

Exempla
potestatis
Sanctissi-
mæ Virgi-
nis in om-
nes sanctos
in cælo,

Et Sanctus Gregorius, qui præfens aderat processioni universali, quam ipsemet indixerat, vidit tunc supra portam castri, quod hodie dum adhuc appellatur Castrum Sancti Angeli, quendam Angelum, qui evaginatum gerens in manu gladium, ad ostendendum, quod mandatum habuerit occidendi eundem reposuit in vaginam, in certæ signum victoriæ: Et San-

ctus Gregorius totus abreptus gaudio, suam conjungens vocem voci Angelorum, divinum hunc succinuit versum: *Ora pro nobis Deum, Alleluja*. Et ut verbo dicam, dominium, potentia, atque potestas suprema, quâ fruitur ipsa in cælo, ejusmodi est, ut omnes favores, quos recipimus à Deo in terris, ipsâ mediante procurentur nobis: Sed dominium ipsius non limitatur nec constringitur tantum in cælo, sed extenditur usque ad inferni abyssum profundum, abyssum penetravi. Descendamus illuc spiritu, illamque videamus & adoremus.

ARGUMENTUM.

De potestate Sanctissimæ Virginis in Dæmones, totumque infernum.

ARTICULUS II.

Supponendum est ab initio, declaratum fuisse à Deo bellum inter Sanctissimam Virginem & Dæmonem jam ab orbe condito: Sed observa, sacram Scripturam non solum dicere, quod condemnaverit Deus Dæmonem ad sufferendum genus quoddam inimicitæ particularis; cum non dicat: Inimicitiam ponam; sed dicat universaliter; inimicitias ponam inter te & mulierem, ad significandum omnis generis inimicitias, hostilitates, odia, aversiones: Et magnitudo horreni hujus sup-

plicij potissimum apparet in tribus. Primum in ipsius latitudine absque limite: Secundum in ipsius duratione, absque fine: Et tertium in ipsius severitate, absque moderatione.

I. Quantum ad primum, edo. s. Chryso-
sta à Sanctis Patribus est veritas, log.
quæque multum habet verisimilitudinis, quod tanta sit antipathia infernum inter & Paradisum, ut damnati magis torqueantur à cælo ubi non sunt, quam ab inferno, ubi sunt: Ita de hac re loquitur Sanctus Chrysologus: *Plus tor-
quens.*

quentur celo, quam inferno. Sed universalis hæc averſio evadit omnino particularis, ut sit majus unicuique damnatorum supplicium: Si accipias omnes universim, torquentur omnes universali Zelotypiâ, quâ exaſtuant erga Sanctos Paradisi; sed si speciatim ipsos accipias, quilibet ipsorum lethali effervescent rabiæ & invidiâ, adversus illum è Beatis, qui suum occupat locum, suamque possidet coronam, quam suâ perdidit culpâ. Ut hoc intelligas considera, quod, sicut Deus nunquam aliquem condidit, nisi ut faceret ex eo Beatum. Ita nec unicum solum relinquit, cui non destinaverit Thronum suum in Paradiso: Sed infelix hic damnatus, qui cecidit è suo ex culpâ suâ, dum intuetur ipsum ab alio possideri (eodquod complendus sit numerus prædestinatorum) tantâ exardescit rabiæ & Zelotypiâ erga ipsum, ut plus patiat ex parte hujus solius, quam ex parte omnium Beatorum; hæc tamen non appellatur, nisi inimicitia quædam particularis.

Verum non ita res agitur circa Sanctissimam Virginem; siquidem ipsius inimicitia erga omnes Dæmones, omnesque damnatos erat universalis, cumque averſio totius inferni erga ipsam similiter universalis sit, ab ipsâ solâ patiuntur tormentum magis intolerabile, quam à toto simul cœlesti Paradiso; siquidem ipsa Regina est, quæ com-

plectitur in solâ suâ Personâ totam potentiam Regni, quæque illam totam integram exercet & convertit adversus hosce miserabiles, ad ulciscendam injuriam Dei, sed modo tam terribili, ut dicatur, ipsam esse *terribilem, ut castrorum aciem ordinatam*; Habete ipsam solam sibi adversariam; majus est tormentum omnibus damnatis, quam si adversaria sibi haberet brachia totius simul Paradisi. Ecce, quanta sit latitudo inimicitiz; quæ nullis constingitur limitibus.

II. Et quantum ad durationem ipsius, omni hæc caret fine: Non limitatur ipsa ad certa loca, nec ad particulares quasdam occasiones; sed semper & ubique, omni tempore & omni loco, & omni occasione, ipsa impedit, ipsa subvertit cuncta pernicioſa inferni consilia; sufficit illam solam se opponere cunctis Dæmonibus, ipsa hos percellit terrore, ipsa hos agit in fugam solâ sui potentiâ Nominis: Ex quo funestam victoriam reportavit Dæmon ab initio mundi, de infelici nostrâ Naturâ humanâ, tantus in animâ nostrâ remansit terror, ut timeamus audito solùm Diaboli nomine, & efformemus signum Crucis, ad roborandum nos contra hunc timorem: Verum aspiciamus quoque cum gaudio, quod, postquam hic animarum nostrarum adversarius condemnatus est, ad tolerandum inimicitias æternas mulieris, nempe

Y Y Y Y Y z

San

Odiū
Sanctissi-
mæ Virgi-
nis erga to-
tum infer-
num non
limitatur
nec tem-
poribus,
nec locis,

Marc. 16.
v. 19.

Sanctissimæ Virginis, remanet in illo tantus hujus potentis pavor, ut contremiscat ad solum & unicum Nomen **MARIÆ**; ita ut ipsa dicere possit, quod Unigenitus ipsius Filius. *In nomine meo demones ejicient serpentes tollent, super agros manus imponent, & bene habebunt*; ita ut Majestas Nominis ipsius sit quoddam fulmen, quod conterat ipsi superbum caput, dum audiunt illud pronuntiari; ut virtus ipsius sanet morsus antiqui hujus serpentis, ut sanitatem afferat ægrotis, confortet nostram infirmitatem, dissipeturbationes animæ, & tentationes Diaboli. Hem!

Nomen Diaboli nos tenet, sed multo magis Nomen **MARIÆ** terret diabolum.

ut quid consuetudo nobis est scriptis, & potissimum in articulo Mortis, pronuntiandi hæc duo sacratissima simul Nomina: **JESUS, MARIA**, nisi quod exploratum habeamus, ipsa esse duo Nomina salutis? Repetimus illa conjunctim nec ab invicem volumus separare circumferimus illa & corde & ore, & præcipue in horâ mortis eod quod illud agonis nostri & periculosissimæ contra demones luctæ sit tempus: Et experientia nos docet, non minus sacratissimum Nomen **MARIÆ**, quam adorantissimum Nomen **JESU**, percellere ipsos terrore, ipsosque agere in fugam: Ita ipsamet revelavit Sancta Birgitta: *Omnes Demones audito meo Nomine aufugunt.*

S. Birgitta,

Ab Incarnatione Salvatoris, & ex eo, quo divina Mater dedit ip-

sam mundo, Ecclesia nunquam cessavit concutere tremore Demones, sub potenti robore Augustissimorum Nominum, **JESU & MARIÆ**: Moverent ad commiserationem, si hæc digni essent, dum conspiciantur tremere, gemere, ululare & in desperationem agi, quando urgentur in obsessis divinorum horum Nominum potestate, cura quod unquam assuescere potuerint audiendis illis absque terrore; sed nunquam id potuerunt, eod quod inimicitia, quas excitavit Deus, quasque conservat inter **MARIAM & Demones**, æternæ sint, & nunquam finiendæ.

3. Sed tandem, ut verbo dicam tertium, quod ostendit, magnitudinem & vim hujus odij esse implacabilem: tam lethalis, tamque vehemens hæc est inimicitia, ut nullam omnino admittat moderationem: Verum est, ipsam in modum protervam ac obfirmatam esse, ex parte inferni contra Sanctissimam Matrem Dei: Nunquam enim nova prodierunt phalanges ex infernali Babylone ad oppugnandum fidem & fidelitatem Ecclesiæ, quæ non illicò indixerint quoque bellum Sanctissimæ Virgini, ac si probe agnoscerent, se magis potentem, magisque formidabilem ipsa adversarium non habere; & hæc re ipsa Omnipotens est Amazon, quæ nunquam non illas everit ac conterit in quocunque orbis angulo, ubi suum præsumple-

Olium tunc ter Sanctissimam Virginem & Diabolum, nullas habet limites, quod robur suum,

Omnes a
tunc &
re hæc
coarctat
hæc a. s. p.
Virgine.

sumpserint attollere caput. Sic Ecclesia Catholica, ut gratam protectionis ipsius recolat memoriam, applaudit illi de triumphis super hæreses obtentis, ipsique omnem eorum attribuit gloriam, cantans cum gaudio: *Gaude MARIA Virgo, cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.*

Elapsa sæcula audierunt horrendas blasphemias Helvidianorum, Ebionitarum, Jovinianorum, Nestorianorum, & plurium aliorum contra Sanctissimam Virginem, sed hi amplius non sunt, omnes exterminati ab ipsa. Ultimum sæculum concussum fuit impietatibus, quas Lutherus in Germania, Calvinus in Gallia evomuerunt in ipsam; Et ultima hæresis, quæ minitatur adhuc ruinam Ecclesiæ in nostro hoc malè auspicato sæculo, quæque, ut verum dicam, non nisi est Echo hæreseos Galvini, pessimum Ectypum pessimi Archetypi, non meliores nutrit erga Sanctissimam Virginem affectus & sensa: Abominanda hæc novitias, quæ tota contrita fuerat per anathemata Ecclesiæ & suis omninò sepulta ruinis, respirat adhuc & clam obmurmurat in sepulchro suo, residuas suas vires abscondens dissimulatione sua: Si quidem ceu regulam ipsa tenet, quòd possit quis fingere, fallere, mentiri, & decipere in materiâ Religionis: quamvis execranda hæc hæresis, quæ profectò est una perniciosissimarum, quas evomujtin-

fernus in terram, nondum adhuc a pertè declaraverit indignissima sententia sua, quibus Sanctissimam Virginem prosequitur; nihilominus videre est, quòd magno afficiat ipsam contemptu: Et illa, qui melius agnoscunt occultum venenum, quòd sovet in corde suo, pro certo tenent, eam adversari non minus ipsi, quàm JESU Christo, maximasque in sinu nutrire impietates.

Apage monstrum infernale, inevitabilis est ruina tua, eò quòd oppugnate audeas Sanctissimam & potentissimam Matrem Dei, & imitando rabiem omnium antiquarum hæresum, quæ gloriæ ipsius sese declarantur hostes ostendas te esse, sicut ipsas, è stirpe & progenie antiqui illius serpentis, quem condemnavit Deus, ut æternum toleraret Mulieris istius odium: Quid expectare potes, nisi quòd eadem cum ipso tibi fors sit subeunda? Ita, eodem conficieris supplicio: *Ipsa conteret caput tuum: Caput tuum conteretur, & interibis infallibiliter; incassum fingis, simulas & dissimulas; invanum abscondis te speciosorum folijs verborum: quando descenderis usque in profundum abyssi, Omnipotens, victorijque insignis Adversaria te persequetur usque illuc, ut conterat tibi Caput: Et profundum abyssi penetravi; Et ipsa conteret caput tuum.*

* * *
Yyyyyy ; ARGU.

ARGUMENTUM.

*An Sanctissima Virgo habeat adhuc inimicos,
à quibus oppugnetur?*

ARTICULUS III.

Aspiciens hunc meum sanctis-
simæ Virginis Defensorem,
ira suo exastuantem zelo,
interpellavi ipsum & interrogavi:
Sed de quo loqueris? Diceret quis
auscultans te, quòd loqui tibi
mens sit de Jansenistis; sed tales
non sunt; Nennis imaginatio est
aliquorum suspiciosorum ac deli-
rantium, qui sibi monstra effin-
gunt, ut oppugnent illa. Fuit olim
aliquis sermo de illis, creditumque
fuit tales dari, sed modò de illis
loqui est supervacaneum, eòquòd
constet, ipsos non dari nec inveni-
ri amplius: Ubi enim sunt? quis
est, qui se declaret pro ipsis?
quantum ad me, ego neminem no-
vi, & video sibi omnes optimè ca-
vere ab illis.

Hem, Benedictus sit Deus, res
spondis mihi illicò, junctis mani-
bus, & oculis in cælum sublatis:
sit Nomen Domini benedictum,
quòd amplius Jansenistas non alat
mundus; Esset profectò res deplora-
nda, si adhuc darentur; Essent
enim hi lupi intra ovile conclusi,
qui devorarent clam oves Gregis
Domini & Salvatoris nostri; Inimi-
ci absconditi deteriores sunt mani-
festis, eòquòd, cum non agnos-
cantur, nec timeantur, sibi ab il-
lis cavere sit impossibile: Et hæc

hæresis, quæ se abscondit, suosque
docet, ut induant speciem fidelium
filiorum Ecclesiæ, longè pericu-
losior foret illà Lutheri & Calvini,
eòquòd hæc agnoscat & timea-
tur, & consequenter facile possit
evitari.

Sed ô Deus! quàm continuum
esset periculum animabus verè
Christianis, si semper vivendum
ipsis foret cum hæreticis personatis,
citrà quòd timerent ipsos. Hoc e-
nim esset, ac si quis conversaretur
cum pestiferis, quin tamen ipsos
cognosceret: penes illos nunquam
non Corpus exponeretur periculo
mortis: penes hos autem foret a-
nima semper in periculo salutis: Si-
quidem insensibiliter evaderet hæ-
retica, ita, ut quasi non perci-
peret.

Et deinde, quantus timor, quan-
ta inquietudo omnibus animabus
bonis, cum nescirent, quò sibi
confugiendum ad recipiendum do-
ctrinam bonam, vel directionem
securam, vel manifestandum con-
scientiæ suæ arcanam. Ego do-
ctus non sum, nec literatus (pos-
sent dicere plures) ego simplex &
bonæ sum mentis; sed quem mo-
dò accedam? Estne forsan occultus
hæreticus? an bonum mihi
dabit consilium, vel inspirabit pla-
cita

Hæresis oc-
cultæ est pe-
riculosior
manifestâ.

Non fid-
dem ijs.
tenent c
regulari
simplicar

cita ac sensa ab illis Ecclesie aliena? an secutus sim satis cum ipso, quantum spectat ad Confessionem? an dare mihi poterit absolutionem? Siquidem plures dubitant, an hæreticus, quamvis pro tali non declaratus, nec cognitus, habeat jurisdictionem necessariam ad absolutionem impertiendam? Hem! quanta impedimenta traherent hæc omnia post se? quantas anxietates, quantas diffidentias, quanta pericula invenire esset in Ecclesia pro cunctis animabus, si hæretici, occultati laterent in ipsâ.

Verum est, fatebar ipsi, maxima hæc foret infelicitas; sed iterum assevero, non esse hoc tempore ullum amplius Jansenistam in mundo; sic publicè vox loquitur, sic viri prudentes asserunt & differunt omnes; imò dicunt, neutiquam amplius circa id miscendum esse sermonem, edquòd ex eo non nisi antiquæ resuscitentur querelæ, paxque turbaretur: Ut quid verba fiant de te, quæ amplius non est? quæque negant absolutè omnes? Qui de illâ suspecti magis forent, sunt ij, qui illam à se repellunt fortius, imò etiam offenduntur, si verba fiant de ipsâ. Hoc clarè ostendit, nihil amplius illorum esse.

Non fidentem ijs, qui tenent eam regulam: singulari potest.

Desuper iteratò mihi cæpit dicere: tantò melius; laudo Deum ex toto corde meo, si nullus in mundo extet amplius Jansenista: Id enim esset vivere in horrenda con-

fusionem, esse Catholicum exterius, & hæreticum interius; juxta apparentiam exequi jussu Ecclesie, ut faciunt veri ipsius filij, & clam in corde suo circumferre odium erga illam, & venenum ad inficiendum ipsam: Esse excommunicatum, semper in peccato mortali, & in potestate Diaboli; tot Sacramenta, tot Sacrilegia, tot bona opera perditâ, sicque cæco modò incedere, accumulando peccatum peccato, per viam damnationis æternæ. Hem quàm deploranda calamitas! Nonne opus foret lacrymis sanguineis, ad deplorandum illam?

Sed, Thrasile, an mihi non credas, inquiebam ipsi voce, quæ redolebat aliquid impatientiæ? non credas mihi, quòd tibi dico, non existere amplius ejusmodi homines? an ipsos invitos efficere voles hæreticos? ipsi negant se tales esse; quid amplius desideras?

Respondebat is mihi voce subasperâ: Ut verum tibi fateor; non magni æstimo ipsorum negationem edquòd velut regulam amplectantur ipsi, quòd liceat in Materia religionis simulare, sedque non sit deferere veritatem, sed potius ipsam defendere, securam præstando ipsarum à persecutione sub velamine mendacij; Quis certum me facit, an non fingant & simulent in hac occasione? Quantum ad me, fidem adhibere non possum ijs, qui carent fide. Nescio, an serpentes & monstra instinctum habeant natura-

est in materia Religio-
nis.

turalem se semper abscondendi, ac si probe cognoscerent deformitatem suam; Hæc, quid scio, an illi ejusdem non sint indolis; verum incassum omnino ipsi fugiunt & simulant; Est mihi certum remedium, quo detegam & agnoscam illos. Hæc, quale est? interrogavi ipsum, libentissime addidit illud.

Bonum medium agnoscendi hæreticos perfonatos.

Quando pulsatus ad portam, & post pulsus aliquos paulisper fortiores, non percipitur tumultus, nec quisquam respondet, optimè judicari potest, neminem esse domi; sed quando auditur vox, quæ clamet, non sum hic, discedite, domi nemo est, tantum abest, ut hæc negatio persuadeat mihi id, quod dicit, ut potius mihi negandò, evidenter & infallibiliter me certum reddat, aliquem domi esse. Optimè igitur videbitur, an verum sit, nullum amplius Jansenistam esse in mundo; Ecce enim, pulsa aliquantulum fortius ad illorum portam, si nemo sit domi, nullum respondebitur verbum. Incassum vociferabor contra Arianos, &

Montanistas, & Gnosticos; nemo respondebit, eò quod amplius non fiat in mundo; verum dum hi excitant tumultum, dum vociferantur, dum conquerantur, dum protestantur, se hic non esse, sequitur injustè pati persecutiones; quòd evidentiùs requires argumentum, ut certus sis, aliquem hic esse domi? si nemo enim hic esset, nemo responderet: Sed ij, qui altè vociferantur & acriter protestantur, sed hic non esse, nonne dicunt, esse se hic & esse ex illis?

Inveniebam profectò hoc medium satis bonum ad cognoscendum ita ipsorum faciem naturalem, per propriam latvam, quæ uti se credunt ad occultandum illam: Verum incipiebam affici tædiò, ex discussu tam longo de inferno, de Dæmonibus, & de hæreticis, Virginis Sanctissimæ adversarijs; hinc inquebam Thrasilo; Eia, quæso, indè me eximè; malo esse in purgatorio, quàm in inferno: Incepit itaque de illo sic mihi loqui.

ARGUMENTUM.

De Potestate, quàm Sanctissima Virgo exercet in Purgatorio, in favorem animarum, quæ ibi cruciantur.

ARTICULUS IV.

Memineris, ipsam dixisse optimè exprimitur purgatorium; antea: *In fluctibus maris ambulavi.* Hisce verbis, Verum enim est, pœnas ipsius non esse nisi fluctus, qui fluunt, eò quòd

quod æternæ non sint; nihilominus si ceteris sunt maris, eod quod tantum habeant amaritudinis, quantum infernus ipse, hoc solum excepto, quod careant æternitate.

Augustinus
de Reliquiis
sanc. dicit
in Cap. Cui
in aliquid sa.
nctis.

Sanctus Augustinus pro certo tenet, pœnas, quæ tolerantur ibi, atrociores esse omnibus cruciati- bus, quos perpeffi sunt homines, vel unquam perpeti possant in vi- ra præsentis; &, quamvis omnes Martyres horrenda sustinuerint tor- menta, hæc comparari non posse cum illis, quibus Justitia Dei ex- eruciat animas in purgatorio, ad puniendum minima ipsarum pec- cata, vel minimas peccatorum re- liquias, quas imperfecta illarum pœnitentia non deleverat; Nihil enim coinquinatum intrabit in pa- radisum.

Jam articulus est fidei, animas purgantes relevari posse suffragiis vivorum, id est, intercessionibus justorum & amicorum Dei, offe- rentium pro ipsis vel preces, vel alia pœnitentiæ opera. Si Sancti, qui sunt adhuc in terris, id possunt, quanto magis Sancti, qui sunt in cœlis, id poterunt? sed potissi- mum Regina Sanctorum omnium, Sanctissima Virgo, relevare po- test miseræ hæc animas & poten- tius & efficacius, quam id va- leant tum just in terris, tum San- cti in cœlis; credas namque, nec unicam esse animam in Purgatorio, quam summè non diligat ipsa: cum primis ex eo, quod plurimum

Sanctissima
Virgo amat
animas Pur-
gatorii, il-
lic que con-
suetur po-
tentiâ suâ,

eam diligat Filius suus; eod quod re- dêmerit ipsam suo sanguine; ad- optaverit ipsam suis gratijs; præ- paraverit ipsi suum regnum, de- stinaverit ipsam ad modulandum in æternum suas laudes in cœlo, ubi certa est, recipiendam se fore, dum exibat Purgatorio: Quis ergo du- bitare potest, quin Sanctissima Virgo, cujus tanta est charitas, non interponat auctoritatem suam apud filium suum, ut consoletur illas, earumque abbreviet pœnas & cru- ciatus? sed speciatim, quin opi- tuletur illis, quæ fuerint ipsi ma- gis devotæ; illas, quæ singulari studuerint ipsam afficere honore; illas, quæ aggregaverint sese præ- cipuè cuidam ipsius Confraterni- tati, velut Rosarii & scapularis, quæ majores sunt, magisque re- ceptæ ab universâ Ecclesiâ.

Siquidem, quantum ad Rosa- rium, paucos invenire est Christia- nos bonos in toto orbe, qui illius non sint membra; intelligo de ijs, qui serio suæ invigilant salutis; & sanè efficax illius hoc est reme- dium; cum tot milliones hominum, ex omnibus generibus conditionû, incipiendo à Regibus & Reginis, usque ad novissimum plebis; & à Pontifice Maximo, summisque præsulibus, usque ad infimos Ec- clesiæ Clericos, eidem sint aggre- gati, ita ut quis in particulati ve- niat in partem præcum aliorum omnium, & omnium simul offe- rentium, quotidie & omnibus diei

Quam utile
sic Confra-
trem esse
Rosarii.

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

Zzzz ho.

horis, & cunctis momentis, & cotidie salutationem Angelicam Sanctissimæ Virginis, quod est incessanter congratulari incomparabili ipsius gloriæ, quam possidet ex eo, quod sit Mater Dei.

Quando post id genus homagij, quod reddant ipsi omnes confratres Sancti Rosarii, postque id genus gaudij, quod renovant continuo ipsius cordi, ij omnes hanc faciunt orationem, tum pro seipsis, tum pro aliis: *Sancta MARIA, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in horâ mortis nostræ: Quis credere audeat: ipsam ita fore inexorabilem, quin unquam exaudiat orationem incessanter sibi oblatam à tantâ & linguarum & cordium multitudine, quando omnes simul deprecantur ipsam pro omnibus in communi, & pro quolibet in particulari; Ora pro nobis peccatoribus; quando obsecratur pro nunc, & potissimum pro horâ mortis; Nunc & in horâ mortis nostræ; petere hoc ab ipsâ absque intermissione, non solum per nos ipsos, sed per ora decies centiesque millena, & adhuc plura; ac tandem nihil obrinere: quemodò id foret possibile? Ecce justissimam ansam confidentiæ illorum qui ostendunt devotionem suam erga Sanctissimam Virginem, celeberrimæ confraternitati Rosarii suum dando nomen.*

Prærogati. Et quantum spectat confraterni-

tatem scapularis, quid celebrius est, magisque confirmatum in Ecclesiâ ex confessione Christianorum omnium, qui perversa non amplectuntur sententia inimicorum sanctissimæ Virginis? An videre quidquam est, quod plus habeat auctoritatis, quàm Bulla Papæ Joannis XXII. quæ appellatur Sabatina, ubi declarat universæ Ecclesiæ veram intentionem Matris hujus Misericordiæ, postquam ab ipsâmet ad hoc acceperat jussa, & affirmat, quod, cum aliquando flexis in terrâ genibus ipsum deprecaretur! hæc sibi apparuerit & dixerit: Quod, sicut ipsa riam imposuerat suo capiti, petens à dilecto suo Filio, ut suus esset interis Vicarius, ita nunc vellet, ut confirmaret in terris gratias & indulgentias jam in cælis à Filio suo ordini Carmelitarum concessas; quòdque si alij ex devotione se associarent sacro huic ordini, portantibus habitum, qui illius nota est & signum, id est, scapulare; si post obitum suum ad Purgatorium deputentur: Ego in Sabbatho à morte ipsorum, inquebat ipsa, illuc descendam, & extraham inde illorum animas, quas deducam ad montem vitæ æternæ; pro quo beneficio dicere volo confratres & sorores Horas Canonicas; & ij, qui legere nesciunt, jejunent omnibus diebus jejuniij ab Ecclesiæ præceptis, nisi legitimo eximantur impedimento, & diebus Mercurij

Bulla Joannis XXII. pro scapulari.

Alia: B
plurim
firmo
Pontifi
cum, c
firmat
scapula

curij ac Sabbathi abstineant à carne, excepto die Nativitatis Unigeniti Filij mei.

Cum hæc dixisset mihi, inquit Papa, dispartit ex meis oculis, & exin hæc adjungit verba: Recipio igitur, ratifico, & confirmo in terris has Indulgentias, sicut concessit illas JESUS Christus in cælis per merita & intercessionem Sanctissimæ Virginis; & ideo nulli liceat irritate, vel temerario ausu contraire huic ordinationi. Hic est tenor & auctoritas Bullæ Papæ Joannis Vigésimi secundi.

Et quamvis Bulla ab aliquo summo Pontifice concessa seu oraculum cæli debeat haberi à Bonis Catholicis; nihilominus ut magis suspiciosus, minusque obtemperantibus auctoritati summorum Pontificum, omnis tolleretur difficultas, quam experiebantur in adhibendo gratiæ tam inusitate fidei; Sanctissima Virgo confirmari ipsam voluit à pluribus aliis summis Pontificibus Joannis XXII. successoribus. Siquidem Alexander V. ipsam confirmavit; Paulus III. ipsam confirmavit; Gregorius XIII. ipsam confirmavit; Clemens VIII. ipsam confirmavit; Paulus V. ipsam confirmavit, & expressum fecit Decretum, in quo explicavit illam, omnemque dedit libertatem, eandem publicandi populo in omnibus Cathedris, ubi Sanctum prædicatur Evangelium exhortans omnes ad hanc devo-

tionem erga Sanctissimam Matrem Dei.

Et ut huic adiungam, quidquid idoneum est ad conferendum rei majorem applausum, majorémque auctoritatem, quia Sanctissima Virgo summam accipit venerationem & singularem omnino cultum in celebri Ecclesiâ Dominæ nostræ Rothomagensis, ut toleretur huic populo, qui devotissimus est ipsi, omnis etiam minimi dubij umbra in devotione erga illam: Archi-Episcopus, qui moderabatur magnam hanc Diocesim Anno 1648. requirere voluit mentem & opinionem celeberrimorum Doctorum Sorbonensium circa devotionem scapularis; & octo vel novem præstantissimorum suaserunt ipsi ut illam institueret & promoveret in totâ suâ Diocesi.

Si igitur post tantas auctoritates, post tot Bullas summorum Pontificum, post assensum tot eximiorum ac sapientissimorum Doctorum, post approbationem tam universalem totius Ecclesiæ, à Româ usque ad extremitates terræ audiretur quisquam contemnere vel arguere devotionem tam sanctam, condemnare fidem tam piam, oppugnare veritatem tam Christianam, promovendo honori Sanctissimæ Virginis tam idoneam, tanque plenam consolatione pro animabus ipsi devotis;

Zzzzz 2 pro

Confirmatio magis particularis.

Alia Bulla plurium summorum Pontificum, confirmatum scapulare.

pro quo haberetur, nisi pro personato hæretico?

Quid igitur obstringere te possit, ut te submitas, si sex summorum Pontificum non sufficiat auctoritas? Quis tuos tibi adimat scrupulos, si octo Doctorum sententia tibi non videatur satis securæ? Quis tuo inculpat animo affectus & sensus reverentiæ, pietatis, confidentiæ & devotionis erga Sanctissimam Virginem, si approbatio universalis, si exemplum tot bonorum Catholicorum, si fructus tam evidens absque ullo periculo jacturæ minimæ, te flecendi non habent virtutem?

Apagite proterva capita, non statis pro Dei causâ; si esset vo-

bis fides, & submittio foret vobis erga supremum caput Ecclesiæ; si valeretis ratione, annueretis Catholicorum, Doctorum sententiæ; si aliquid vobis superstes foret pietatis in animo, haud difficulter addiceretis vos devotioni erga sanctissimam Virginem, quæ tantâ pollet auctoritate, tantâ assiduitate exercetur in totâ Ecclesiâ. Hæc quid expectandum est ab ipso, qui caret & fide & ratione, & pietate? An sperare is possit potentis intercessionis subsidium à Sanctissimâ Virgine, vel mortis in luctâ, vel sævos inter cruciatus, quos tolerabit in purgante ergastulo, nisi tamen magis descenderit in infernum.

ARGUMENTUM.

De supremâ Potestate, quam exercet Sanctissima Virgo in universâ terrâ.

ARTICULUS V.

Non est bonum aspicere res parvas, ubi quis consideraverit majores ac pulchriores, eòquod illæ cum his comparatæ, quasi nihil videantur, & non nisi vilem sui pariant estimationem. Postquam consideravimus potestatem supremam, quam Sanctissima Virgo exercet in cælis, & in abyssis inferni, & in fluctibus Purgatorij, modicum videbitur vobis, si dixerimus, dominari ipsam in omni terrâ ac orbe

universo; quid enim tota est terra respectu cæli? Veram est: nihilominus hoc modicum (eòquod aspiciamus illud è vicino, & vicissim è vicino id nos aspiciat) videbitur nobis tam magnum, tamque stupendum, ut forsân id pluris simus æstimaturi, quàm cætera omnia. Et profectò nõane hoc stupendum sit?

Sanctus Cyrillus Alexandrinus S. Cyrill. Alex. de B. Virg. in facundo & magnifico illo discursu, quem declamavit ad gloriam Admi-

Admirabilis hujus Martis, coram omnibus Patribus universalis Concilij Ephesini, introduxit ipsam hisce loquentem verbis: *Per me Reges regnant, per me Principes imperant, & potentes decernunt justitiam.* Ex me est, quod Reges suas possideant coronas; ex me est, quod Principes terræ polleant auctoritate suis dandi jura & jussa subditis; ex me est, quod ubi vis faciam administrari justitiam; & universim, quidquid est in mundo hoc magno, meæ subicitur potestati, meo subditur imperio.

Potestas ab-
soluta San-
ctissime
Virginis in
totum Or-
bem.

Magnum est hoc, dicebam ipsi, & verum est, Thrasile, monstraturum id evidentissime gloriam Virginis Sanctissime, si clarè mihi ostenderes, id verum esse, ipsamque ita loquendi potiri jure. Considera, respondit mihi, me non aspicere illam velut in terris existentem, sed jam regnantem in cœlis, ubi non solum omnia jura sua sibi habet acquisita, sed jam plenâ & integrâ ipsorum fruitur possessione. Jam certum est, habere ipsam jus summè legitimum ad imperium totius hujus inferioris mundi: *Quare hoc?*

Non allego pro ratione, legitima jura, quæ habeat ad imperium universale totius hujus mundi inferioris, quæ ferme sunt illa, quibus Unigenitus ipsius Filius potiebatur à seipso, quæque conferebat illi ex privilegio velut propriæ Matris: Verum est, ip-

sam non exercuisse potestatem suam, quâmdiu morabatur hic in terris, non magis quàm excrevit Unigenitus ipsius Filius suam. Quando is interrogatus est tempore Passionis suæ, circa regnum suum, respondit interrogantibus: Verum dicitis, quod Rex sum ego; sed regnum meum non est de hoc mundo, habeo jus ad illud independentè ab ullo; sed nullas ipsius ostendo magnificentias inter medias vitæ meæ mortalis abjectiones, eòquod hoc stare non posset cum intentione, quam habeo, non intrandi in meam gloriam, nisi per passionem. Sanctissima ipsius Mater, sicut ipse, dicere potuisset: Verum est, Regina sum ego, sed regnum meum non est de hoc mundo; siquidem modè nec unicum est regnum in toto orbe, quod me suam agnoscat Reginam; veniet autem dies, quo videbo illa omnia ad meos provoluta pedes, mihi que sua redere homagia, quibus tenentur supremæ meæ potestati atque Dominio.

Videbo imperia Orientis & Occidentis me vocare Reginam suam, mihi que suam præstare obedientiam: Videbo Magnum Constantinum Imperatorem totius Orbis, qui antiquam suam mihi cedit Romanam, postquam meæ erexit aram gloria; in editissima Urbis loco, quam nuncupabit Aram Cœli: Videbo eundem hunc Imperatorem

Imperatores & Reges terræ agnovissent Sanctissimam Virginem pro Reginâ suâ Constantinum Magnam.

Zzzzz 3

33

in Oriente ædificantem novam
quandam Romam, quam totam
integram meo dedicabit honori,
pro meo sese declarans subdito,
mæque eodem tempore agnoscens
& Orientis & Occidentis Impera-
tricem.

Heraclius. Videbo alios Imperatores Con-
stantini Successores, ipsius preme-
re vestigia, pariæque cum ipso mihi
reddere homagia, aliquem Hera-
clium, qui, cum videret se ferè
totum suo exutum imperio à Cos-
roa Regis Persarum tyrannide,
ad meam confugiet potentiam,
portansque meam pro omnibus
armis in manu suâ Imaginem, re-
portabit tot victorias, quot consi-
ctibus suis invadet hostes, videns-
que, quòd suum denuò crexerit
imperium supra suorum ruinas ho-
stium, fatebitur, quòd si regnet,
id esse per me: *Per me Reges re-
gnant.*

**Theodo-
sius.
Martianus.
Leo.
Justinia-
nus.** Videbo Theodosium Juniorem,
Marianum, Leonem, Justinia-
num, qui omnes me suam appella-
bunt Dominam, suamque Impera-
tricem, propugnantes meam glo-
riam veluti debent propugnare
subditi illam Regis sui, splendidis-
sima insuper mihi omnes ædifican-
do Tempia, & lethalem moven-
do pugnam inimicis meis, Nes-
torianis, Eutylianis, cunctisque
alijs.

Andronici. Videbo Andronicos, Seniores
& Juniores, qui publicas mihi ex-
solvent gratias, agnoscetes debe-

re se mihi non solum suas coro-
nas, veram etiam vitas suas; eòdè
quòd non contenta prosperos de-
disse successus illorum armis, po-
tenti meo auxilio liberaverim ipsos
è pluribus magnis infirmitatibus,
quæ videbantur carere remediò:
Et tandem regnabo semper velut
suprema Domina in toto Orientis
Imperio, quoad Imperatores fide-
liter agniture sunt JESUM Chri-
stum Filium meum pro Rege suo.

Sed non minori cum auctorita-
te dominabor in universo Impe-
rio Occidentis. Videbo hic Caro-
lomannum, qui non credet summe
bene stabilitum imperium, nisi ex
hoc mihi sua impendat homagia,
& agnoscat, ex me se illud habere:
Videbo Imperatorem hunc replere
Saxoniam, totamque Germani-
am Episcopatibus & magnificentis-
sims, quæ sub Nomine meo cri-
get, Ecclesijs.

Videbo hic Ludovicum, cogno-
mento Bonum, ipsius filium, & Eudovicus
verum pietatis ipsius heredem, non
minus, quam ipsius ditionum, qui
ut semper in meo sit Comitatu ve-
lut fidelis servus, nusquam conce-
det, ne quidem venatum, nisi sem-
per secum meam portet Imagi-
nem, quam sibi faciet anteferri.

Videbo Henricum II. qui magis Henricus
vinculo pietatis, quam illo connu-
bii ligatus cum Imperatrice Kune-
gunde, tanto honoris mei exar-
descet zelo, mæque tanto per to-
tum Imperium suum prosequetur
cultu,

cultu, ut circiter millenas erecturus mihi sit Ecclesias, ut integras exacturus sit noctes, velut excubias agendo in meo palatio, meas decantando laudes, nec intermittendo unquam, quin omni ratione suæ mihi notas exhibeat servitutis.

Henricus VII. Fridericus III. Albertus II. Videbo Henricum VII. Fridericum III. Albertum II. & ingentem numerum aliorum, qui possessuri sunt Occidentis Imperium, mihi que majorem exhibitori submissio- nem, quàm à suis requirere possint populis, quique majori sibi vertent honori, esse servorum meorum primos, quàm Ditionum suarum esse Dominos, omniumque subditorum suorum potentissimos Monarchas.

Et non solum in duobus hisce Imperijs velut supremam totius Orbis agnoscent me Dominam; sed omnia Mundi Christiani regna, eisdem omninò mihi tribuent honores, quorum omnes videbo moderatores, declaratos se meos humillimos subditos, meamque velut Reginæ suæ Expostulatos protectionem.

Reges Franciæ honorant Sanctissimam Virginem Mater Regiam. Illud Franciæ, cujus Reges, æquissimo jure maximam in toto Orbe merebuntur venerationem, edquòd auspiciatâ potituri sint sorte, ut primogeniti sint Filij Ecclesiæ nuncupandi, primum insuper obtenturi locum in zelo Religio- nis, & officijs pietatis. Ingens hoc & potens Regnum specialius

alijs mihi devovebitur, nempe per publicum quoddam & solemnissimum votum, quod nuncupabunt pijsissimi ipsius Monarchæ in omnium subditorum nomine, hæc ratione suum mihi consecraturi Regnum; & ut devotionem suam semper conservent novam, & nunquam non fervidam, renovabitur annuatim hoc votum, & confirmabitur per Processionem quandam universalem, quæ instituetur in universo Regno in triumphali die Assumptionis meæ; & omnes historiæ abundant ipsorum nominibus, ipsorum elogijs, & singularis devotionis, quæ me prosequantur, Exemplis.

Regnum Hispaniæ devotissimæ Virginis. Illud Hispaniæ, cujus plerique Reges insignes erunt pietate, quam potissimum demonstrabunt ijs, quos mihi impendent, honoribus, quosque impendi mihi facient in omnibus Regnis suis, edquòd expecturi ubivis sint, me esse, quæ conservatura sim ipsorum coronas. Videre hic erit Jacobum I. cognomento Victoriosum, edquòd devovendus mihi sit, meæque consignandus protectioni à Regina Matre suâ, antequàm ipsius egrediatur utero, & ab infantia suâ devotionis meæ nutriendus lacte; quem proin regnare faciam tantum cum honore, tantæque cum felicitate, ut armorum vi crepturus sit tria integra regna è manibus Sarcenorum, maximorum meorum hostium, hæcque mihi facturus tribu-

tributaria, agnoscens, per me habere se illa.

Devotio, quæ prosequetur me, impellet ipsum, ut ædificaturus sit mihi Tempia bis millena, & quidem omnia, quæ eximias Regiæ ipsius munificentia præferent notas. Reportabit is triginta insignes de inimicis suis, & meis victorias, & innumerabilem eorum per potentiam meam profligabit multitudinem. Videre erit ferè omnes alios regni hujus Reges agnitos, se suas mihi debere coronas, suasque mihi subdictiones.

Regnum
Poloniæ
totum spectat ad Sanctissimam Virginem.

Illud Poloniæ illustre erit inter omnia alia Christianorum regna in Professione magis solemni, & omninò publicâ, quam faciet, quæque, se totum meum fore, gloriabitur: Non erit mihi in toto hoc regno aliud Nomen, quàm Magnæ Dominiæ; eòquod habituri non sint erga me alios affectus, sensaque alia, quàm fidelium Servorum erga Dominam suam; nulli omninò

in toto illius circuitu portare licebit Nomen MARIÆ, ex reverentia, quæ me prosequetur; sicut nullus est, qui in totâ Ecclesiâ Catholicâ JESUS audeat nominari, ex profundissimæ Venerationis affectu, adorandæ personæ Unigeniti Filij mei summè debito.

Tandem incassum in omnem terram vestros circumferetis oculos, incassum dinumerabitis omnem durationem sæculorum; ubi vis enim, ubi hunc veritatis expulerit erroris vel ignorantia tenebras, aliud videre non erit, quàm amplissimam supremi mei Domini latitudinem, quæ alijs limitibus constructa non erit, quàm illi Religionis Christianæ; & ubi vis gentium luculentissima videre erit argumenta, quæ insignium horum verborum demonstrabunt veritatem: *In omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui.*

Eccl. 24. 1
v. 21

§. Unicus.

Francia magis consecrata, magisque devota Sanctissima Virgini, quàm Cætera Christianorum Regna.

Sed tu es potissimum, O Francia! Francia omnium Regnorum Christianorum gloria, magna & potens Monarchia, ita DEO dilecta, tamque accepta Sanctissimæ Matri ipsius: Tu es, quæ præ omnibus possides prærogativam, quod prima omnium fueris locupletata

Francia esse oportet devotissimam Sanctissimæ Virgini ob tria insignia privilegia,

favoribus Augustissimæ hujus Imperatricis; Tu es, quæ ante alia ab ipsâ omnia mundi regna luculentas recepisti notas, quod ipsa te amaret ardentius alijs, teque omnibus præferat, cum te elegerit velut primam & charissimam omnium ditionum suarum portionem; & asser-

firmari potest, devotam te extitisse jam Virgini, antequam Christianæ nascereris Religioni; siquidem stupendæ sunt prærogativæ tuæ, tamque eximie, ut invidiam ceteræ possent universæ terræ. Nonne gratam te ipsi esse oportet ob specialia tria privilegia, à munificentiæ ipsius liberalitate tibi concessa?

Primum est, quod primum extiteris regnum, cui obrigit honor spectare ad ipsam, ipsius subesse potestati, totamque ipsius devoveri servitio, quando antiquus ille Priscus Rex Carnurum & Gallorum Te testamento legavit, ut eses perpetua hæreditas Virginis, quæ aliquando paritura erat permanens Virgo, & id longissimo tempore accidit ante admirabilem hunc partum.

Secundum est, quod Sanctissima Virgo voluerit agros tuos possidere gloriæ, suum aperiendi gremium ad jaciendum fundamenta primi Templi, quod unquam ædificatum fuit ipsius gloriæ, quando Davidæ habitatores tui, & sapientissimi totius Nationis populi, parvum erexerunt subtrus terram Sacellum, cum Altari, cui imposuerunt Imaginem cum Prophetica hæc Inscriptione: *Virgini paritura.*

Et tertium, quod majus est omnibus, est, quod magnus tuus & primus Apostolus, Sanctus Dionysius Areopagita, conversus ad fidem per illum, qui Magni Apo-

R. P. Isaac Consultas, Tom. III.

stoli in totâ Ecclesiâ circumfert Nomen, quique nonnullis annis post conversionem suam fuit missus ad Te, ut afferret tibi primam informationem de Sancti Evangelij progressu, petierit ex reverentia & ex debito benedictionem Sanctissimæ Virginis, quam & videndi & reverendi velut maximum mundi prodigium, auspiciatissimam obtinuit sortem. Astitit is morti ipsius, ubi non solum efflagitavit illam, ut Apostolatus sui benediceret laboribus, sed specialem exoptavit ab ea benedictionem, quam Nomine ipsius afferret tibi, cum apposita promissione, quâ spondebat, se semper te amantem, se semper te curaturam velut charissimam hæreditatis suæ portionem, teque protecturam speciatim per magnam illam auctoritatem, quâ apud suum valebat Filium.

Tu igitur es, ô Francia, quæ obtines insignem hanc prærogativam, quod acceperis eodem tempore prima fidei Christianæ principia, & prima devotionis erga Sanctissimam Virginem rudimenta: Tu es, quam simul Mater Admirabilis in primogenitam suam adoptavit filiam, & unâ Unigenitus ipsius Filius in charissimam sibi elegit Sponsam. O Deus! Noli esse ingrata, probe considera, quanta gratitudinis debitæ te stringat obligatio, ob tantos, quos recepisti ab hæc Matre Misericordiz,

Aaa aaa

favores

Sanctissima Virgo mittit benedictionem suam Franciæ per sanctum Dionysium Areopagitam.

favores in personâ patrum tuorum : Statue tibi incessanter ob oculos memoriæ summas has obligationes tuas : nec desiste Sancto te succendere zelo , quo æmulari contendas Patrum tuorum devotionem. O DEUS ! Degenerare noli à ferventissimo hoc devotionis erga Virginem affectu ; quem tanto cum splendore aspexisti in tuis refulgere majoribus.

Adhortatio
efficax ad
Franciam,
circa mag-
nas obliga-
tiones,
quas habet,
ut devota
sit Sanctissi-
mæ Virgi-
ni.

Nonne intueris adhuc monu-
menta pietatis ipsorum , quæ tantâ
hodie dum subsistunt cum gloriâ ?
Quanto extant numero Magnifi-
cæ Ecclesiæ , quas exstiterunt illi
ad honorem ipsius , quasque æsti-
mamus nos prodigia , quæq; hisce
temporibus impossibilia nobis so-
tent machinamenta : Quantas vi-
dere est insignes Abbantias , quas
fundârunt illi , & ipsius compella-
runt Nomine , ut plures etiam su-
as consecrârunt personas Deo , &
Sanctissimæ Virginis devotioni ,
apportantes secum magnam facul-
tatum suatum portionem : Quan-
ta reperire est loca sacra , non so-
lum Ecclesiarum particularium ,
Cathedralium , collegiatatum , nu-
merosorum Capitulorum , quæ om-
nia sub Nomine Sanctissimæ Vir-
ginis erecta sunt atque fundata :
Sed ut magis sigillatim enarrentur ;
quæ totius regni est provincia , in
quâ non extent quædam loca de-
votione erga Sanctissimam Virgi-
nem plurimum famosa , ob afflu-
xum populorum undequaque ad-

ventantium , & multitudinem mi-
raculorum , quæ quasi continuè
ibidem ab illâ patratur ?

Itane igitur , ô Francia semper
Sanctissimæ Virginis devota ! An
dimittes antiquos , quos recepisti
ab incunabulis ortus tui , devotio-
nis ac pietatis tuæ effectus & sensa ?
An oblivione sepelies Sanctissima ,
quibus assueveras , exercitia ? An
claudes oculos tot antiquis , novis-
que spectaculis , admonentibus te ,
quod post Deum consecrandum
tibi sit cor tuum devotioni erga
Sanctissimam Matrem Dei ? An
tuum obfirmabis animum , nec fle-
sti fines tot exemplis , quæ conspi-
cis adhuc in plurimis , qui maxi-
mum ostendunt zelum erga glo-
riam & obsequium ipsius ? An re-
frigesces , an glaciem omninô in-
dues inter medios ardentes sacros ,
quibus illi succenduntur ?

Felix Francia , esse si velis , fide-
lem te exhibendo in honorandâ fi-
deliter Matre Dei ? Sed vix tibi , si
in sinu tuo circumferas occultos
gloriæ ipsius adversarios ; Filios
spurijs , qui sub fictæ pietatis appa-
rentiâ suspectum reddunt hono-
rem , qui exhibetur illi , dum du-
bium movent , an non abeat in
excessum , & displiceat Deo ? In-
felix serpens , qui irrepis , abs eo ,
quod excites strepitum , teque sua-
viter insinuas ubivis , deserens in
linguâ virus , ut simplicem decipias
scœminam , volo dicere , injicias
serpulum infirmis animabus : Me-
mine :

mineris seductum esse te ipsum à serpente infernali ; sed sceleratum tuum caput non minis , quàm ariqui illius serpentis conteretur : Ipsa conteret caput tuum ; Dum :

interim bonæ animæ ipsi devotæ benignissimam in ipsâ invenient. Advocatam , uti percipies in Consultatione sequenti.



CONSULTATIO XXIX.

Advocata Charitativa , ubi demonstratur , quâ ratione Sanctissima Virgo nostram defendat & agat causam in celo.



Um tertio inquire-
rem meum Thrasi-
lum, accessi Eccle-
siam, ubi noveram
non inquisitum
me frustra, ed quod
affiduis divinis affisteret officijs,
in quo magnum toti Clero præbe-
bat Exemplum. Adveniebam eo
prostratus tempore, quo cantabatur
pulcherrima hæc Antiphona de
Sanctissimâ Virgine ; *Sub tuum
præsidium* : Cùmque viderem to-
tum populum unâ cum presbyte-
ris prostratum, flexisque in terrâ
genibus, quodque omnes suos vi-
derentur conjungere animos, suâ-
que corda non minus, quàm suas
voces, ad efflagitandum auxilium
& protectionem Sanctissimæ Vir-
ginis, admitendo, ut securos ac
tutos se præstarent sub umbrâ ala-
rum ipsius ;

Sancti Medardi à Lyppomano exa-
rata. Recenset is de Magno hoc
Sancto, quod, cum adhuc esset
puer, ita fuerit affectus ac deditus
operibus misericordiæ, ut cohibe-
re se non posset, quin absque inter-
missione faceret Eleemosynam,
elargiendo pauperibus, quidquid
poterat ; ita ut parentes ipsius vi-
dentes nunquam non augeri ipsius
zelum, & metuentes, ne tandem
abiret in excessum, ipsum de hoc
reprehenderent, ipsisque prohibe-
rent, ne amplius quidquam daret
absque licentiâ suâ : Sed cùm à
charitate suâ semper magis magis-
que urgeretur, oblata Eleemosy-
næ faciendæ occasione, factæ sibi
oblivisceretur prohibitionis, se-
quens impetum ac motum Spiritus
DEI.

Historia
memoranda
de S.
Medardo,
quem ser-
vavit aquila
intactum
à pulviâ.

Accidit aliquando, ut daret e-
quum pro Eleemosynâ pauperi cui-
dam peregrino, quem labores iti-
neris taliter exhauerant viribus, ut

Aaaaa 2 puer

Lyppoman.
1. Junij.

Memineram prodigij, quod
non ita pridem legetam in vitâ